

144. ARCHIDOXIS THEOPHRA: LIB. VI.

Suffocationem non posse aliter, quam per hoc Specificum * renouari, quamuis neque elementetur, neque in id præparetur, sed tantummodo in forma et natura sua communis prout nascitur adhibetur. Hoc *Ficus cutis*, autem est Ficus cutis, cuius fumus, statim ut per vulnus recipitur, subito morbus fugatur, cuius sane maxima nos habet admiratio, ratione tam viles et abiecti simplicis. Nam si præparetur, amittit essentiam fumi, in quo solo tota virtus consistit.

Ad prouocanda autem menstrua Specificum est ex splene bouis castrati, reducto in Magisterium aut Quintam essentiam, cuius prouocatio tam in veteribus quam in iunioribus præstantissima est.

Ad restringenda autem eadem, ponimus Quintam essentiam Corallorum, aut elementum Ferri, vel Ferrum potabile, quod mirabiliter supra omnia alia restringit.

Cœterum quamvis plures huiusmodi proprietates nobis describendæ essent, quod facere in his Archidoxis nostris laboriosum utique nobis esset: tamen scire conuenit, eas omnes in prædictis hisce comprehensas esse. Ut Constrictuum, Incarnatiuum, Conglutinatum, comprehenduntur sub Specifico stiptico: Laxatium, Mundificatium et similia, sub Purgatio; idemque de alijs intelligendum. Ut et Deopilatuum